



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 94. Quorumdam Prædicantium intemperantia mature repressa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67677)

Sæc. XVIII. tamen ipsi in Hollandica sua fabrica  
A. C. 1730. procuderunt, proterve eis adscribuntur.  
Hujus fraudis specimen est liber *Regalia Apostolicæ Sedis Hollandiae* impressus, quem sub nomine Guilielmus Cardinalis du Bois Cameracensis Archiepiscopi post ejus obitum typis edidere, illumque, dum adhuc viverent, Jansenistis atque appellantibus strenue patrocinatum fuisse, falso jactarunt. Detecta autem hac fraude, & ipsius libri perversitate, Clemens XII. Papa septem Cardinalium Congregationem cui Landfredum a secretis esse volunt erexit, ac communi horum suffragantes hunc librum die vigesima tertia Decembris atro stigmate notavit, dato Editis negotio, ut infausti hujus partis errores solidis rationibus vindicarentur.

### §. XCIV.

*Quorumdam Prædicantium intermissione.*

Hoc item anno Lutherani secundum annum saecularem Confessionis Augustanae in Imperio toleratae solebant, ubique pompa celebrabant, eorum Præconibus sermones, Programma, Carmina, & Catechismos Historicos in vulgus spargentibus. In his frequentius legebatur, quam Ecclesiæ Catholicae.

Catholicam esse confusionem Babilo-  
nicam, abominationem Anti-Christia-  
nam, Pontificem esse Anti-Christum,  
Catholicos esse Papistas, ad quorum  
Ecclesiam, si quis a Lutherana sece-  
deret, *eum salvum fieri, impossibile foret* (\*)  
eorum doctrinam esse *errores Papisticos*.  
&c. His aliisque sexcentis convitiis,  
dictiis ac calumniis contra legem  
Charitatis, & Christianæ tolerantiae  
Regulas in Catholicos largiter effunde-  
bant, suamque festivitatem pudenda  
dicacitate dehonestarunt. Ex his duo,  
nimirum Schmizius & Bonnestattus  
effræni rabie in Catholicam Religionem  
Effendiæ debachati fuerant, ipsamque  
Beatissimam Virginem Dei Matrem  
horrendis blasphemias & execranda  
scurrilitate impetebant. Tantam ho-  
rum impudentiam Catholici, ac præ-  
fertim Effendiana Parthenonis Abba-  
tissa tolerando impar, de vindicanda  
injuria apud Carolum VI. Imperatorem  
egit, cuius jussu Imperii Quæstor apud  
Cæsareo-Aulicum Consilium contra  
hosce calumniatores querelam movit,  
atque in reos inquire, illosque prævia  
suspensione ab officio usque ad pœnæ  
determinationem custodiæ dari petiit.  
Æquissimæ ejus petitioni mox delatum,

ac

(\*) Vid. Joan. Georg. Walchs serm. Ju-  
bil. I, in Col. II. 6. 7. 8. p. 40.

Sæc. XVIII. ac die decima quinta Septembris Ve  
A. C. 1730. denis Monasterii Abbatii, necnon Do  
mundanæ Urbi hujus caussæ inqui  
tio demandata, missis ad eos his  
literis.

Sacra Cæsarea Majestas Imperii  
„sui Officii debito compellitur, ut  
„Cæsareo-Aulici Quæstoris querela  
„in probrosum, inexcusabile, scandi  
„losum, ac in Religiosa pace, Imperi  
„recessibus ac Constitutionibus, levi  
„rissimis quoque Edictis Cæsareis tu  
„topere prohibitum facinus exactissime  
„inquiri jubeat. Eo fine Imperiale  
„Abbatem Verdensem, & Imperiale  
„Urbem Dortmundam utpote pro  
„miores Imperii Status de eorum re  
„tegritate confisus auctoritate Cæsarea  
„nominat, designat, & mandat, ut  
„quamprimum suos Sub-Delegatos  
„Essendiam mittant, ambos Conclu  
„natores Schmizium & Bonnefältum  
„accusatos citent, & coram se con  
„parere jubeant, illosque de proprie  
„tate hoc facto, sicut & de cunctis  
„particularibus circumstantiis exa  
„udiant, eorum responsa ad acta re  
„ferant, & si factum negare præfuer  
„t, testes a partium studio ali  
„nos, qui eorum Concionibus inter  
„fuere, imposito juramento & servari  
„juris ordine excipient, atque ab eo

„exposita fideliter conscribant, ac de- Sæc. XVIII.  
„mum acta unacum clausa testium ro- A. C. 1730.  
„tula, aliisque documentis, & Depu-  
„tatorum sententia ad Cæsarem Vien-  
„nam transmittant, ut ipse desuper  
„decernere valeat &c. Porro re ma-  
ture discussa ambo Prædicantes de-  
bitas suæ petulantiae poenas dedere.

Nec ipsis etiam Calvinistis eo tem-  
pore pepercerat Laurentius Ezdorf-  
fius Ormanstadiensis Ecclesiæ Luthe-  
ranæ Præco Vinariensi Duci subjectus.  
Hic occasione sui Jubilæi Jenæ scriptum  
ediderat, cui titulus: *Festiva præpara-  
tio Evangelico - Lutheranæ Zions ad se-  
cundum Confessionis Augustanæ annum &c.*  
cum approbatione *Vinariensis Consistorii*.  
In hoc scripto Præco liberalius, quam  
decuerat, in Calvinistas tumultuaba-  
tur, atque inter alia ajebat: „Dari  
„quosdam, qui a Calvino Patriarcha  
„suo se *Calvinistas* dicerent, eosque  
„esse duntaxat ex Noverca Fratres, ac  
„fine rubore gloriari, quod ipsi æque  
„ac Lutherani, imo etiam fidelius  
„ipsis Augustanæ Confessioni addicti  
„essent, proin eos aut labilis esse me-  
„moriæ, aut rerum Augustæ gestarum  
„ignaros, aut tam protertos, ut ma-  
„nifestis, totique orbi notissimis actis  
„& veritatibus contradicere non eru-  
„bescerent: eos quoque cum Zwing-  
„lia-

Sæc. XVIII., lianis, Calvino, Beza, Martyre, B.  
A. C. 1730., quino, Remechero aliisque inno-  
,, ris Calvinistis palam & sine omni-  
,, recundia docere ac propugnare, quod  
,, ipsemet Deus sit prima & potissimum  
,, caussa peccati, quod ipsus illud vel  
,, decernat, ad illud impellat, imo  
,, creet ac operetur &c. His addebat  
,, ridiculum esse, quod non modo Ca-  
,, vinistæ, sed etiam ex Lutheranis au-  
,, pauci, imprudenter licet, jactant  
,, Lutheranos a Calvinistis duntaxat  
,, in paucis, & mere accidentalibus  
,, ferre, hocque discriminem ex veritate  
,, male intellectis provenire, eos no-  
,, tem, qui ita loquarentur, ac senti-  
,, rent, idiotas & stolidones esse, eorum  
,, nos in fidei articulis, & quidem for-  
,, mamentalibus ab eis discrepamus  
,, denique fidelis Ministri esse, ut non  
,, tantum doceat, & orebat, sed uterius  
,, potens sit eos, qui contradicunt, re-  
,, arguere, uti fecit D. Paulus, & Chro-  
,, sostomus, qui ait: *Dissidia cum harri-  
habere, non contentionis sed pietatis  
cedendo nunquam mitescit, sed potius  
cescit Sathanas.*

Hujus Prædicantis scripto tan-  
pere irritabantur Calvinistæ, ut Frider-  
ricus Guilielmus Borussiae Rex ad se  
rum preces die decima quinta Aprilis  
datis Berolino literis apud Vinariensem  
Ducebat

Ducem vehementer vel ideo que-  
reretur, quod hic Præco Calvini-  
stas a communione Augustanæ Con-  
fessionis exclusisset, atque eos impe-  
tiisset diffamacionibus & convitiis, quæ  
sicut omnibus Christianæ doctrinæ Re-  
gulis adversarentur, ac Imperii Consti-  
tutionibus, Cæsareis edictis & Imperii  
recessibus sub gravissimis poenis prohi-  
berentur, ita vel maxime ab Evange-  
licorum ore & auribus aliena esse de-  
berent. His addidit Rex, se minime  
dubitare, hoc scriptum tot dicteriis ac  
convitiis scate s, ipsi Duci summopere  
displicuisse, proin confidere le, non  
modo ipsius Consistorium ob conces-  
sam approbationem, sed ipsos etiam  
scripti Auctores severe admodum casti-  
gatum iri, ne unitas & concordia inter  
utramque partem Augustanæ Confes-  
sioni addictam iniquo hoc tempore ad-  
eo necessaria dissolveretur.

### §. XCV.

#### *Fæderati Belgii edictum contra Sa- cerdotes Catholicos & Sa- cram Sedem.*

Iterata clades, qua Quesnelli Secta-  
tores tam Romæ, quam in Galliis  
atque in omnibus ferme Orbis Catho-  
lici Provinciis affecti fuerant, Ultra-  
jecti-

Sæc.XVIII.  
A.C. 1730.